VVV. DDD. noſtram ex optimo animo profectam eruptamq́ue admonitiunculam: Valete Ampliſsimi Viri, Dominiq́ue Scholarchæ ac Mecænates optimi atque clementiſsimi. Ex Collegio veſtro, 11. Calendas Auguſtas, Anno τοῦ θεανθρώπου Ieſu Chriſti 1588.

VVV. DDD.

Addict. & ſub.

Nicolaus Raymarus Vrſus, Dithmarſus.

AD AVTOREM HVIVS LIBRI.

Charus vbi nitidis luſtrat SOL omnia flammis:
Charaq́; terrigenis fida miniſtra DIES:
Charus & eſt SOMNVS recreat dum corpora feſſa:
Charus REX populis ſceptra paterna gerens:
Charus amore PARENS natos qui diligit: eſtq́;
Chara DOMVS, tutum præbet vt hoſpitium.
Charior eſt VRSVS perplexa Triangula ſoluens,
SOLE, DIE, SOMNO, REGE, PARENTE, DOMO.

ALIVD.

Sæua fuit Thebana tribus cum corporibus SPHYNX:
Sæua hominum vertens in fera membra DEA:
Sæui CYCLOPES Diuis qui bella tulerunt:
Sæua nec eſt auidis vnguibus VRSA minùs:
Sæua LEAENA feras inter, cùm ſuſcitat iras:
Sæuus & immani eſt aſperitate DRACO.
SAEVIOR hunc VRSVM qui carpit ſcommate, quàm ſunt,
SPHYNX, DEA, CYCLOPES, VRSA, LEAENA, DRACO.

Ioannes Trunccius Mariæburgenſis Boruſſus.

FVN-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG